

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Parentes h  
cum fontibus proximo et primis

Cui Dominus: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos,*  
*tu autem, uade et annuncia regnum Dei,* quasi diceret:  
Licet sepultura sit unum ex septem operibus misericordie,  
ut legitur in Tobia, spirituale tamen opus huic prepone;  
utiliora enim et spiritualia semper preponenda sunt minus utilibus.  
In qua mediacione seruanda, opus est Dei consilio.

Vnde Ieronymus:

“Ob amorem Christi omittenda est sepultura patris”,  
pro cuius etiam amore nullus relinquendus est inhumatus tempore et loco,  
uerum quia caninum est omnino odire parentes,  
ne uideamur errare cum pessimis phariseis qui dicebant patri aut matri:  
*Donum quodcumque ex me tibi profuerit, et cetera, rescindentes mandatum*  
*Domini propter pessimam tradicionem* quod est: *Honora patrem et matrem,*  
et cetera.

Petrus Cantor, *Summa quae dicitur Verbum abbreviatum (textus conflatus)*,  
1.70 (CCCM 196, M. Boutry ed., pp.455-6, ll.81-93).

Ob amorem Christi obmittenda est sepultura patris,  
post cuius amorem nullus relinquitur inhumatus.

Ieronymus super illud: Dimitte mortuos sepelire.

Sepultura non datur patri et pietatis genus est inpium esse pro domino.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 38.5.1 (CSEL 54, I. Hilberg ed.,  
pp.292-3, ll.23, 1).